ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 191r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& seniores populi cum ipso; Non enim sola lex adnuntiat xpm.
sed & prophete & patriarche & omnes maiores natu.
Post haec bellum describitur gestum. Cum amalechitas pug
nasse refertur populus & uicisse; Antequam man
ducaret panem de acelo & biberet aquam de petra.
Non refertur populus pugnasse sed dicitur ad eum. dns pug
nabit pro uobis & uos tacebitis. Est ergo tempus
quando dns pugnat pro nobis. Nec permittit nos temptari
super id quod possumus. Nec in pares uiribus sinit ad for
tis uenire congressum; denique & iob. Omne illud tempta
tionis suae famosissimum cestamen iam perfectus impleuit;
Et tu ergo cum coeperis manducare manna panem
caelestem uerbi dei & bibere aquam de petra cumque
ad interiora doctrinae spiritalis accesseris. spereto
pugnam & praeparate ad bellum; bello igitur
imminente. Uideamus quid precipiat moyses. Dixit
Inquit ad ihm; Eligere ibi ipsi uiros & exi conflige
cum amalech crastino; Usque ad hunc locum. beati
nominis ihu nusquam facta est mentio; Hinc primum
uocabuli huius. splendor obfulsit. hic primum uoca
uit moyses ihm & dixit ei; Eligere ibi ipsi uiros.
Moyses uocat ihm. lex inuocat xpm ut eligat sibi ipsi
uiros potentes de populo; Non poterat moyses elegere
sed ihs solus qui possit potentes uiros elegere. qui